



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Illvstrissimo Domino D. Ioanni Nicolao Danilovvich De Zvrow Svpremo
Regni Poloniae Thesavrario, Premisliensi, Samboriensi, Drohobycensi,
Dolinensi, Ratnensi, Colensi, &c. Capitaneo, &c. Patrono Ac ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

ILLVSTRISSIMO DOMINO
D. IOANNI NICOLAO
DANILOVVICZ
DE ZVROW

SVPREMO REGNI POLONIAE THESAURARIO,
PREMISLIENSI, SAMBORIENSI, DROHOBYGENSI,
DOLINENSI, RATNENSI, COLENSI, &c. CAPITANEO, &c.

PATRONO AC BENEFACTORI
MVNIFICENTISSIMO.

NICOLAUS LANCICIUS
SOCIETATIS IESV F.



Gnoscens in tua Illustrissima & Senatoria
Familia, ab annis quadraginta, eximia be-
neuolentiae & beneficentiae Officia ac me-
rita, in Societatem nostram, in hoc amplif-
simo Regno, multis in locis munificè &
largè profecta, tum à Parente tuo, dum viueret, Magno
huius Regni Senatore, ideoque S. Ecclesiae ac Reipub.
cordato Propugnatore, bonis omnibus acceptissimo,
tum à Te copiosius in nos deriuata: & mihi quoque in-
fimo

fimo & non merito clienti tuo sæpè exhibita , ac multò
adhuc maiora nostræ Societati à Te , & ab Illustrissima
Coniuge tua Sophia Comitissa de Tæczyn Palatinida
Lublinensi, destinata, immò generosè oblata, me exci-
tarunt, vt grati animi ergo primam meorum Opusculo-
rum partem, extra hoc Regnum scriptam & impressam,
Tuo exornatam nomine TIBI vellim dicata : etiam hoc
nomine quia Tu primarius fuisti Author & Promotor
Approbationis perpetuæ à Sede Apostolica concessæ
MANCIPATVS MARIANI. Cum enim Tuâ liberalitate, &
hæc prima Pars meorum Opusculorum lucem aspexe-
rit, & Mancipatus Marianus illustratus sit, Tibi post
Deum & Beatissimam Virginem MARIAM, quam præ-
cipuo cultu, non tantùm in templis, sed etiam in Tuo
cubiculo veneraris, omnino debetur. Accipe igitur Illu-
strissime & Magne Regni Poloniæ Senator, & Deo di-
catarum Familiarum munifice Patrone, hanc à me, exi-
guam quidem, sed synceram grati animi significatio-
nem, qua Tu delectaris : & spera, hanc etiam ob causam,
præter multas alias, in Te Deo & hominibus notas, æter-
nam in cœlo remunerationem: promissam à cœli Domi-
no iis quoque, qui calicem aquæ frigidæ minimis eius
seruis præbuerint. Vale, & diu viue felicissimè, Deo,
Sanctæ Ecclesiæ, & Reipublicæ nostræ, vti hæctenus
vixisti.

REVE-